

nempe Aprilis x. celebrandum. Neutrū autem horum in Ecclesia usurpatum est aliquando. \* Proinde, quod sæpe dicere soleo, Theophilum ac Cyrillum valde miror hac regula Ecclesiam obstringere voluisse; quam ne ipsi quidem servarunt, qui Nicænum Pascha non modo tenere perpetuò, sed & aliis ex officio tradiderunt. Notum est Alexandrinis præfules id à Nicænis patribus officii commissum, uti paschatis tempus ac diem quotannis in annum sequentem denunciarent. Cujus ritus luculentissima monumenta præbent Epistola Theophili ac Cyrilli: sed hujus potissimum Heortastice xxix; quibus in totidem annos celebrandi paschatis tempus indixit. Harum prima evidenter hoc ipsum, quod contra Alexandrinis istos præfules contendimus, ostendit, ne ipsos quidem id obtinuisse, ut plenilunium suum incunte nocte, in quam xiv. definit, committeretur. Annus ille fuit Christi cccxiv, quo quadragesimam auspiciandam monet à xv. Mechir mensis; hebdomadam verò paschatis à xx. Phamenoth: tum jejunia solvenda xxv. Phamenoth: Pascha denique xxvi. ejusdem mensis ritè celebrandum. Neomenia Mechir Actiæci, & Alexandrini cadit in xxvi. Januarii. Ergo xv. convenit 1x. Februarii: Neomenia Phamenoth inxxv. Feb. vicefima cadit in xvi. Martii, à qua paschatis hebdomada initium capit: porro xxvi. Phamenoth est Martii xxi: fuit igitur annus ille Christi cccxiv, cyclo Lunæ xvi, Solis III, Lit. D. Aureus numerus xvi. ad viii. Martii appositus est: Terminus xxi. Martii, qui & citimus est. Novilunium medium ex abaco nostro contigit Martii vii, feria 7, hor. 16, 17, post mediam noctem, Alexandria: plenilunium Martii xxi, feria 1, 10, 29, post mediam noctem diei xxi. Atqui secundum Theophilum, ac Cyrilli decreta non xv. Luna illa fuit, sed xiv. Idem & in aliis annis periclitari potes: ex eoque cum Nicænam methodum accuratius cognoscere, tum legem illam Alexandrinorum, ac Bedæ *νεγεβίμων* arguere.

Quocirca cum, ut jam liquidò constat, Nicæni termini medias oppositiones, adeoque veras biduo sapius anteirent; & Pascha nonnunquam xiv. Luna media, & Astronomica perageretur, operæpretium fuit in nova Paschalis anni castigazione istud ipsum emendari, vel perfici. Quod à Lilio, & Gregorio XIII. feliciter ea methodo factum est, ut Neomenia Ecclesiastica paululum infra cœlestium Noviluniorum epochas descenderet. Ita quippe summotis Neomeniis, termini ritè ac legitime uno tantum die plenilunia media præcesserunt. quorum quidem terminorum, ac pleniluniorum diligentior ineunda ratio, quam Neomeniarum: præsertim cum iste *δὸς τῆς Φάστος* sine illo vitio inchoari possint; idque apud plerasque nationes usu perberuerit: decima verò quarta Luna propriè non sit, ac dicatur ea, quæ reipsa decima tertia sit.

CAPUT XVI.

Refellitur prior Scalgeri sententia, necnon Calvisii, & aliorum, qui Terminos Paschales in Plenilunio statuunt: explicaturque ratio cur à veteribus Computis ita vocati sint.

EX co, quòd lunares Neomeniæ istdem præcisè diebus affiguntur, quibus Novilunia media, vel vere committuntur, consequens hoc esse, ut in xvi. plerumque diem Oppositiones itidem mediæ, seu veræ prorogentur; cum Tabularum fides adstruit; tum è superioribus satis superque compertum arbitror. Itaque Nicæno fere sæculo decima quinta cyclicæ nonnisi decima quarta cœlestes, & Astronomice fuerunt. Verum labentibus annis, Lunâ paulatim in anteriora promotente, contigit, ut decima quinta civilis exactè cœlestibus pleniluniis responderent, ac Termini Paschales caltigatissimi fierent; sed Neomenia uno die conjun-

tionum mediarum, aut verarum epochas memorarentur, atque in *φάστος* prolaberentur, quod Dionysii Exigui tempore factum esse, hæcenus ostendimus. Ideò merito Liliiana methodus epocham, sive, ut cum vulgo loquamur, radicem persequationum non ab Nicæno sæculo, sed ab Dionysiano repetit, ut plenilunius, ac termini Paschales præcipue consuleretur. Postea longius progressa Luna *νεγεβίμων*, mediæ oppositiones in terminos ipsos incidunt, uti Bedæ sæculo accidit: quo tempore illa apud Computistas invaluit opinio, Paschales decimas quartas eas esse, in quas Plenilunia, sive Oppositiones incurrerent. quam hodièque magna pars Hæreticorum, vel eorum, qui Gregorianam castigationem improbant, velut publico veteris Ecclesie decreto sancitam urgere contra nos solet. Quamvis autem diu ante Bedam, ac sæculum illud, quo lunaris anticipatio plenilunium in terminos Paschales importavit, de Neomeniis, ac terminis istud ipsum ab Alexandrinis præfules præscriptum fuerit, reipsa tamen minime id observatum fuisse, & ab ea, quam cavebant, regula illos ipsos discessisse, superioribus capitibus plenius convicimus. Circa Bedæ tempore regula istius usus *ἀκριβέστερος*, non regula ipsa apud Christianos obtinuit.

Nunc illa nobis expendenda nonnullorum opinio, qui Paschales terminos censent in medias, aut veras oppositiones oportere conferri; negantque plenilunio ritè Pascha celebrari: de qua re primùm ejus, contra quem institutus præcipue sermo est, Scalgeri consideranda sententia; sive potius sententiarum ac decretorum inconstantia. Hic igitur in Elencho Liliæni Calendarii tamquam postulatam, & *ἀέλιων* sumit, quartadecimam Paschalem esse Plenilunium; neque plenilunio Pascha posse peragi. Verba sunt illius. *Si enim terminus Paschalis est xiv. Luna, ea autem non est plenilunium: accidat exempli gratià quartadecima Luna in Sabbato; Dominica sequente igitur, secundum canonem Pascha Christianum celebrabitur. Sed est plenilunium. Ergo Pascha celebrabitur in plenilunio contra canonem, si quidem xiv. non est plenilunium. Nam tunc necesse quinquam decimam esse plenilunium. Ergo quartadecima Christianorum est plenilunium. Et propterea xiv. dies notata ab epacta in antiquo Calendario Ecclesiastico est plenilunium paschale. Quod in sequentibus inculcat sæpius. Proinde duo sunt quæ iis in verbis sumuntur à Scalgero: alterum Dominica proximè terminum consequente ritè Pascha celebrari; alterum plenilunio non ritè celebrari. Hanc Scalgeri doctrinam alii quidam ante, vel post illum amplexi sunt: omnium autem acerrimè Sethus Calvisius, qui in elencho Calendarii Gregoriani veterem Ecclesiam nunquam Pascha celebratè dicit ea Dominica, quæ decimam quartam proximè sequeretur; sed id potius in lunam xxi. fuisse translatum. ejus imperitiam fregit confutatione sua Guldinus nosster lib. III. cap. vi. Quod ad Scalgerum spectat, videtur is Clavii castigazione non nihil profecisse. Nam cum in Elencho palam, ac sine ulla tergiversatione statisset, Pascha ritè in plenilunio celebrari non posse: in Ifagogicis canonibus mutavit sententiam, & lunam xv. illam esse definiit, quæ in plenilunium caderet, quæque proxima esset à decima quarta. Lib. III. Ifag. can. cap. III. pag. 181 & 182. Liliænum Kalendarium arguit, quòd in Terminorum dispositione tres dumtaxat dies de antiquis terminis expuncti sunt; hoc est cum Luna quatuor solidis diebus anticipaverit, sic ordinatos fuisse terminos queritur, quasi triduo solum antevertisset; quod supra declaravimus. Unde error, inquit, vel potius supor obortus est, ut non solum terminus in plenilunium incurvat; sed etiam quoties terminus incidit in Dominicam, Pascha vigesima secunda Luna celebratur: quam tamen ultra xxi. Lunam extendi ex veteri Ecclesia instituta non liceat. Erroris istius exemplum affert in anno mdcv, cyclo x. Antiquus terminus erat xxvii. Martii: sed ob Lunæ *νεγεβίμων* ad xxiii. pervenerat. Ergo terminus Paschalis illo anno fuit in xxiii. Martii, feria vii, cyclo Solis xviii, littera F: & proinde solemne Resurrectionis xxiv. Aprilis in*

\* *Isidorus* Libro 1. de Ecclesiast. Officiis, cap. 26. de die Epiphaniæ: Epistola quodam Pontificis Alexandrini ad universas Ecclesias Egypti, vel monasteria dirigitur, quibus & initium Quadragesimæ & dies Pasche denunciantur, ex Cassiano Collat. x. cap. xi. Aræbratione, juxta consuetudinem, litteras ad omnes dirigit. *Victorius* in Protologo scribit Theophilum sanxisse Pascha celebrari à Luna xv.

si Dominica proxima esset, à xiv. five termino. *Cesaraustr.* III. can. 2. decernit ut Episcopi Primatem suum inquirant quo tempore Pascha celebrandum sit anno Christi 701. *Isidorus* de Ecclesiast. Officiis Lib. I. c. 31. Uique ad viciesimam verò & primam, ideo observatur propter numerum septenarium. At paulò superius à quindécimo in viciesimum primum, incidente die Dominico Pascha celebrari docet. *Petavius*.

in plenilunio peragi oportuit. Verum detractis diebus decem, terminus in II. Apr. Pascha in III. removeri debuit. At in editione Liliæna, epacta x, quæ aureo numero x convenit, statuta est in xxi. Martii: terminus in III. Aprilis Dominicæ, & plenilunio. Ideò Pascha in x. Aprilis distulsum, Luna xxii; aut, nisi dies ablati forent, epacta x. in xxi. Martii, terminus in xxiv. Pascha in xxxi. conflisset, quæ est Luna xxii. Proinde ex Scalgeriana palinodia, Pascha ritè plenilunio celebratur: quod contra Canonem esse in Elencho pugnantissimè defenderat; quòdque finius ejus Calvisius adstruebat. Idem Scalger lib. I. Ifag. Canon. cap. II. Definit. xiii. *Terminus Paschalis*, inquit, est quartadecima Luna mensis Paschalis Christiani sæculo Constantini Magni: & cap. III, definitio xv: *Terminus Paschalis est quartadecima Luna vernalis*. Atqui Dominicæ proximè post Paschalem terminum sequente Pascha celebrari potest; ut cap. II, Canone vii. præscribit. Igitur plenilunio, sive xv. Luna id fieri licet. Vide & Lib. III. cap. II, ad Definit. xii, pag. 176. Ubi Nicænum terminum Paschalem decimam quartam Lunam fuisse constitetur, & propter unius diei *νεγεβίμων*, plenilunium in eandem esse compulsus: cujus hac in parte stropham atque *νεγεβίμων* sequenti capite detegemus.

Superior illa Scalgeri, Calvisii, & aliorum sententia, de Paschate nonnunquam in plenilunio celebrando, antiquissimos, & sanctissimos habet auctores, Theophilum, Cyrillum, Dionysium, ac Bedam, quorum primi duo aliud verbum professi; aliud re ipsa fecuti sunt, ut capite superiori validissimè probatum est. posteriores id quòd *ἀκριβέστερος* propter lunarem *νεγεβίμων* atate sua contigerat, ad Ecclesiasticam, & Nicænam functionem per imprudentiam traxerunt. Posteaquam verò Kalendarium Nicæni labes penitus innotuit, & ad illius emen-

dationem operas suas Mathematici contulerunt, non pauci illum ipsum Theophili Canonem obrudere conati sunt, ut nonnisi post omnium plenilunium Pascha celebraretur; non in ipso plenilunio. cujus opinionis Joannem Stoefflerum, Pitatum, & alios fuisse supra nominimus, quam & alienam ab Nicænorum Patrum decreto & usu Ecclesie veteris esse manifestè probavimus. Sanè decimam quartam Paschalem *πεντάκαισα* à Græcis appellari non-rarò meminimus: sed ii fermè recentiores sunt, eoque sæculo nati, quo jam Luna tanta *νεγεβίμων* erat, ut in quartas decimas Paschales plenilunia convenirent: quod illi perpetuum & anterioribus fuisse temporibus, & posterioribus futurum arbitrati sunt. Ex Latinis verò, qui paschales terminos, sive quartas decimas plenilunia vocaret, Victorio antiquiorem habemus neminem, qui circa annum Christi cccetx. Paschalem cyclum condidit. Hujus verba ex Prologo descripti Scalger lib. II. pag. 151, nosque libro itidem II. hujus Operis expendimus. Ex illis concludit Scalger, quartam decimam vocari plenilunium, quia Neomenia Christianorum Paschales sunt *ἀπὸ τῆς Φάστος*. Quod non solum falsum est, sed ex ipsis etiam Victorii verbis certò colligi non potest. Neomenias Christianorum Paschales veteres, ac Nicæno sæculo congruentes, non *ἀπὸ τῆς Φάστος*, sed à jugo ipso processisse, ex Tabulis lunariis supra demonstratum est. Victorii porro tempore, tametì ob lunarem *νεγεβίμων*, Neomenia nonnunquam novilunia media moratæ sunt; plures tamen cum iis accuratè convenerunt, quatenus lunaris calculus ultra meridiem, à qua feria sequens astronomice incipit, in plerisque decurrit: plenilunium verò secundum eandem astronomiam putationem frequentius in terminis incurrunt: quod *ἀκριβέστερος* obrepit. Hujus rei si dem Tabula sequens exsolvet.

LATERCULUM CYCLI DECEMNOVENNALIS

Novilunia media, & Plenilunia continens, quæ circa Victorii tempus acciderunt. Feriæ & horæ à media nocte ad mediam noctem explicantur, ad meridianum Prutenicum directæ.

| Cyclos Lunæ | Anni Christi. | Littera Dom. | Novil. med. ex Pruten. & noctis Tabul. | Feriæ. Horæ. Scrup. | Neomenia Nicæna. | Plenilunia media. | Feriæ. Horæ. Scrup. | Termini, five decime quinta Nicæna. |
|-------------|---------------|--------------|--|---------------------|------------------|-------------------|---------------------|-------------------------------------|
| I           | 456           | A G          | Mar. 22                                | 5. 13. 0            | Mar. 23          | Apr. 6            | 6. 7. 22            | Apr. 6                              |
| II          | 457           | F            | Mar. 11                                | 2. 21. 48           | Mar. 12          | Mar. 26           | 3. 16. 10           | Mar. 26                             |
| E III       | 458           | E            | Mar. 30                                | 1. 19. 21           | Mar. 31          | Apr. 14           | 2. 13. 43           | Apr. 14                             |
| IV          | 459           | D            | Mar. 20                                | 6. 4. 10            | Mar. 20          | Apr. 3            | 6. 22. 32           | Apr. 3                              |
| V           | 460           | C B          | Mar. 8                                 | 3. 12. 58           | Mar. 9           | Mar. 23           | 4. 7. 20            | Mar. 23                             |
| E VI        | 461           | A            | Mar. 27                                | 2. 10. 31           | Mar. 28          | Apr. 11           | 3. 4. 53            | Apr. 11                             |
| VII         | 462           | G            | Mar. 16                                | 6. 19. 20           | Mar. 17          | Mar. 31           | 7. 13. 42           | Mar. 31                             |
| E VIII      | 463           | F            | Apr. 4                                 | 5. 16. 52           | Apr. 5           | Apr. 19           | 6. 11. 14           | Apr. 19                             |
| IX          | 464           | E D          | Mar. 24                                | 3. 1. 41            | Mar. 25          | Apr. 7            | 3. 20. 3            | Apr. 8                              |
| X           | 465           | C            | Mar. 13                                | 7. 10. 30           | Mar. 14          | Mar. 28           | 1. 4. 52            | Mar. 28                             |
| E XI        | 466           | B            | Apr. 1                                 | 6. 8. 2             | Apr. 2           | Apr. 16           | 7. 2. 24            | Apr. 16                             |
| XII         | 467           | A            | Mar. 21                                | 3. 16. 51           | Mar. 22          | Apr. 5            | 4. 11. 13           | Apr. 5                              |
| XIII        | 468           | G F          | Mar. 10                                | 1. 1. 30            | Mar. 11          | Mar. 24           | 1. 19. 52           | Mar. 25                             |
| E XIV       | 469           | E            | Mar. 28                                | 6. 23. 2            | Mar. 30          | Apr. 12           | 7. 17. 24           | Apr. 13                             |
| XV          | 470           | D            | Mar. 18                                | 4. 7. 51            | Mar. 19          | Apr. 2            | 5. 2. 13            | Apr. 2                              |
| XVI         | 471           | C            | Mar. 7                                 | 1. 16. 39           | Mar. 8           | Mar. 22           | 2. 11. 2            | Mar. 22                             |
| E XVII      | 472           | B A          | Mar. 25                                | 7. 14. 12           | Mar. 27          | Apr. 9            | 1. 8. 34            | Apr. 10                             |
| XVIII       | 473           | G            | Mar. 14                                | 4. 23. 1            | Mar. 16          | Mar. 29           | 5. 17. 23           | Mar. 30                             |
| E XIX       | 474           | F            | Apr. 2                                 | 3. 20. 33           | Apr. 4           | Apr. 17           | 4. 14. 56           | Apr. 18                             |

\* *Gennadius* de Ecclesiast. Dogmat. cap. penultimo: Pascha, inquit, id est, Dominica resurrectionis solemnitas, ante transgressum vernali æquinoctio, & quarta decima Luna perfectionem non potest celebra-

ri in eodem mense nata. Porro hic idem liber *Isidoro* tribuitur, & legitur sic: *id est, Dominica resurrectionis solemnitas, ante transgressum vernali æquinoctio, & quarta decima Luna perfectionem non potest celebra-*



Hic animadvertit in annis omnino IX, Neomenias Nicenas cum Noviluniis mediis congruere, cum lunaris calculus meridiem excedat, nimirum in annis, I, II, III, IV, V, VII, VIII, XI, XVI: in ceteris, altero ab Novilunio die contingere.

Quod autem ne Victorius quidem id necessariò velit, quod ex eius verbis colligit Scaliger; nempe quartas decimas Christianorum in ipsa Plenilunia cadere; inde manifestum est. Latini (inquit Victorius) à III. Non. Mart. ad IV. Non. Apr. diebus scilicet XXIX, observandum maximè censuerunt, ut quocumque eorum die Luna fuerit nata, efficiat primi mensis initium, cuius Luna XIV. si feria sexta provenerit, subsequens Dominicus, id est Luna XVI, festivitati Paschali sine ambiguo deputatur. Sin autem die Sabbati Plenilunium esse contigerit, & consequenti Dominico Luna XV. reperiri, eadem hebdomada transmissa, in alteram diem Dominicum, id est, Lunam XXI. transferri debere Pascha dixerat: ne minus eiusdem Dominici peragendo mysterio destinarent, quam XVI. sine amplius, quam XXI. Lunam aliquando reciperent, &c. Luna XIV. ab eo die, quo nata est, non erit Plenilunium, nisi Lunæ nativitas in ipsam Phœni incidat. hoc utrum Victorio placuerit, incertum est. Proinde minimè constet, an XIV. appellari Plenilunium, quòd ipsa die Lunæ XIV. Plenilunium commissum sit, an quòd ineunte nocte, inquam XIV. definit, oppositio contigerit. Quamquam de Victorio non est quòd sumus solliciti: quem Latinorum factionis antesignanum fuisse, neque Niceni præscripti methodum tenuisse scimus. Nos verò de Nicenis decretis, ac Paschalibus agimus: de quibus istis solis inficiamus, in eorum terminos, quæ sunt Lunæ XIV., Plenilunia convenire: idque ipsum asseveramus, non nisi à συμβεβηκός, ac præter auctorum mentem, ob anomaliam Lunæ, ac σελήνην, duobus, vel tribus postea sæculis accidisse; atque ideò perperam hoc à Christianis observandum canone illo præscribi.

Isaacus Argyrus Græcus auctor, qui ante ducentos sexaginta annos Computum scripsit, Paschalem terminum appellat πανσεληνιακὸν ἡμέραν, & Ἰδαίων Πάσχα, cap. XIV. & eadem tamen superiori capite πανσεληνιακὸν ἡμέραν vocaverat πεντηκωσθεσιακὸν, id est XV. Ad hæc Canonii Paschalis meminit, in quo Paschales termini castigati, sive Judaica Paschata, & Christiana describuntur. Termini illi biduo Niceno anteverunt. Admonet autem Isaacus nondum bidui solidi σελήνην constabat ab eo tempore, quo termini Paschales veteres, quos biduo antevertere Canonius illud emendatum diximus, constituti sunt. Atqui triduo Lunam anticipasse ab illo tempore, nimirum à Niceno Concilio perspicuum est ad ætatem Isaac, nempe ad annum MCCCXXII. Verùm hoc sibi persuaserat Isaacus, olim Nicæno sæculo Plenilunia in terminos ipsos incidisse; hoc est terminos Paschales iis diebus affixos, quibus Plenilunia contingebant: ita ut Neomenia non à jugo, sed ἡμέρῃ & φάσκις inirent. quod contra se habuit. Patet enim ex iis, quæ superioribus capitibus allata sunt, Nicæno sæculo Neomenias civiles accuratissimè cœlestibus mediisque respondisse; decimas quintas autem uno ferè die Plenilunia prævertisse. Unde cum Isaac ætate Plenilunia biduo terminos præcederent, triduo solido Nicenas metas anteverterant: ex opinione autem Isaac, qui Nicenis temporibus Plenilunia in ipsos terminos convenisse credidit; bidui dumtaxat anticipatio collecta fuerat. Sed manifestus ille Græculi recentioris error neque veritati præjudicat, neque Scaligerum sublevare potest. Hic enim Nicæno sæculo non, ut Isaacus, putavit Neomenias Ecclesiasticas à secunda die Luna cœpisse; quin potius contrarium passim occinit, atque è suis ipse Tabulis didicit. Unde quibus de Neomeniis Nicenis nobiscum sentiat, neque quibus in Calendario defixæ sunt diebus ignoret: absurdissimè tamen pronunciat terminos Paschales Christianorum olim Plenilunia fuisse. Hos ipsos terminos Nicenos, ac Dionysianos lib. II, pag. 155. proposuit in quos, si Scaligerianas tabulas consulas, reperies decimas tertias ferè Lunas, nedum Plenilunia, Nicenis temporibus incidisse. Atqui iidem termini dies sunt decimi quarti à Neomeniis Nicenis, quas æquè nobiscum agnoscit Scaliger. Falsum est proinde terminos Paschales veterum Christianorum fuisse Plenilunia. Quare hunc tam crassum errorem Scaliger à Clavio castigatus postea dissimulavit, criminationemque & invidiam omnem in Clavium ipsum callidè retorque-

re studuit. quæ tergiversatio sequenti, ut polliciti sumus, capite detegatur.

CAPUT XVII.

Scaligeri inconstantia de terminis Paschalibus, & Pleniluniis: Clavii contra illius calumniam defensio.

QUæ fuerit aliquando Scaligeri de Pleniluniis, ac terminis Paschalibus opinio, superiori capite docuimus. Nempe id illi persuasum fuisse; numquam Plenilunio Pascha celebrari licuisse; vel, quod eodem recidit, terminos Paschales Christianorum, sive decimas quartas fuisse Plenilunia. quod in Elencho Calendarii Gregoriani non solum apertissimè scripsit, sed auctoritate prior de ea re Scaligeri sententia non videt: quam quidem in libris de Emend. Temp. multis in locis tunc: velut lib. II, pag. 151, & clarius lib. IV, pag. 312, & sequentibus. Cui cum è diametro contrariam in Ifagogicis Canonibus amplexus sit, ut proximè superiori capite probavimus; nugatoriis Clavii stropham appellare ausus est verissimam illius responsionem, quæ πανσεληνιακὸν à Græcis vocari Paschalem Terminum dixit, quòd vel Plenilunio proximus is esset, vel certè quòd σελήνην σεληνιακὸν Plenilunium in Terminum incidisset quam posteriore interpretationem mala fide dissimulavit Scaliger. Utraque verò, ut hæcenus declaravimus, optima est, certissimæque responsio; Scaligeriana verò καλῶς non adeò malitiosa, & callida, ut non facile perspicatur. Nam quartadecimam revera quandoque Plenilunium fuisse non negat Clavius; quin potius contigisse hoc asserit aliquot à Nicæno Concilio sæculis. Sed idem Nicæni Concilii tempore accidisse, vel Ecclesiastica ulla cautione, ac lege mandatum fuisse, ut ne in Plenilunio Pascha celebraretur; utique Termini Paschales essent Plenilunia: hoc verò acerrimè ille negavit, ut debuit; & Scaligerum ita sentientem, idque rationibus approbantem ad incitas redegit. qui manifesta veritate convictus totam illam de Pleniluniis doctrinam contrariis decretis abrogavit. Porro in illa ipsa castigatione pristini sui erroris, ac veriore de Terminis Paschalibus explicanda sententia, non penitus hallucinationem defugit. Quippe in Ifag. Can. loco illo, quem proximè descripsi, Terminos Paschales asserit Nicæni Concilii tempore fuisse Lunas decimas quartas; Dionysii autem ætate, in Plenilunia transiisse. Est verò falsum utrumque. Ostendimus enim in superioribus capitibus, Nicæni Concilii tempore Terminos Paschales, sive XIV. Ecclesiasticas biduo ferè Plenilunia prævertisse; idque ex lunaribus tabulis evicimus: unde decimæ tertie potius erant, quam XIV. lunares. Dionysii verò sæculo idem Termini accuratè decimas quartas celestibus occurrerant, atque uno ferè die Plenilunia præcedebant. Quæ ratio doctissimis Mathematicis, qui ad Gregorianum Calendarium ordinandum adhibiti sunt, impulit, ut epocham, radicemve, ut appellant, perquisitionum lunarium à Justiniani, ac Dionysii sæculo potius quam à Nicæno repeterent. Quæ res abundè à nobis est in antecedentibus exposita. Postremò falsissimum illud est, quod ibidem scripsit: propterea duplicem à Dionysio cyclum excogitatum esse, decemnovennalem, & lunarem, quia Novilunia, & Plenilunia propter σελήνην unum diem Diocletiani epocham antevertebant: quod atque sæpè castigavimus.

et at. Scribit in Elencho, Pascha in Plenilunio celebrari, contra canonem esse; quod eventus, si quidem XIV. non est Plenilunium. Nam tunc necesse est Plenilunium. Ergo XIV. Christianorum est Plenilunium. Et propterea quartadecima dies notata ab epacta in antiquo Calendario, est Plenilunium Paschale. Unde subjicit. Quare satis mirari non possum doctissimum Mathematicum Christophorum Clavium non solum aliter sentire, sed etiam putare, Pascha Christianorum Plenilunio celebrari licere. Idem & Eclipticon observatione concludit. Docet enim in Paschales ipsos Terminos Lunæ defectiones, adeoque Oppositiones ipsas incidisse. Tum quia Christus resurrexit post Plenilunium, nempe XVI. Nisan; propterea Dominica post Plenilunium præcipitur pascha ναυστασιον celebrari. Addit Testaredecimas in eo peccasse, quòd Pascha in Plenilunio peragerent. Nemo igitur, nisi cæcus aut amens, quæ fuerit prior de ea re Scaligeri sententia non videt: quam quidem in libris de Emend. Temp. multis in locis tunc: velut lib. II, pag. 151, & clarius lib. IV, pag. 312, & sequentibus. Cui cum è diametro contrariam in Ifagogicis Canonibus amplexus sit, ut proximè superiori capite probavimus; nugatoriis Clavii stropham appellare ausus est verissimam illius responsionem, quæ πανσεληνιακὸν à Græcis vocari Paschalem Terminum dixit, quòd vel Plenilunio proximus is esset, vel certè quòd σελήνην σεληνιακὸν Plenilunium in Terminum incidisset quam posteriore interpretationem mala fide dissimulavit Scaliger. Utraque verò, ut hæcenus declaravimus, optima est, certissimæque responsio; Scaligeriana verò καλῶς non adeò malitiosa, & callida, ut non facile perspicatur. Nam quartadecimam revera quandoque Plenilunium fuisse non negat Clavius; quin potius contigisse hoc asserit aliquot à Nicæno Concilio sæculis. Sed idem Nicæni Concilii tempore accidisse, vel Ecclesiastica ulla cautione, ac lege mandatum fuisse, ut ne in Plenilunio Pascha celebraretur; utique Termini Paschales essent Plenilunia: hoc verò acerrimè ille negavit, ut debuit; & Scaligerum ita sentientem, idque rationibus approbantem ad incitas redegit. qui manifesta veritate convictus totam illam de Pleniluniis doctrinam contrariis decretis abrogavit. Porro in illa ipsa castigatione pristini sui erroris, ac veriore de Terminis Paschalibus explicanda sententia, non penitus hallucinationem defugit. Quippe in Ifag. Can. loco illo, quem proximè descripsi, Terminos Paschales asserit Nicæni Concilii tempore fuisse Lunas decimas quartas; Dionysii autem ætate, in Plenilunia transiisse. Est verò falsum utrumque. Ostendimus enim in superioribus capitibus, Nicæni Concilii tempore Terminos Paschales, sive XIV. Ecclesiasticas biduo ferè Plenilunia prævertisse; idque ex lunaribus tabulis evicimus: unde decimæ tertie potius erant, quam XIV. lunares. Dionysii verò sæculo idem Termini accuratè decimas quartas celestibus occurrerant, atque uno ferè die Plenilunia præcedebant. Quæ ratio doctissimis Mathematicis, qui ad Gregorianum Calendarium ordinandum adhibiti sunt, impulit, ut epocham, radicemve, ut appellant, perquisitionum lunarium à Justiniani, ac Dionysii sæculo potius quam à Nicæno repeterent. Quæ res abundè à nobis est in antecedentibus exposita. Postremò falsissimum illud est, quod ibidem scripsit: propterea duplicem à Dionysio cyclum excogitatum esse, decemnovennalem, & lunarem, quia Novilunia, & Plenilunia propter σελήνην unum diem Diocletiani epocham antevertebant: quod atque sæpè castigavimus.

conscripta sunt; ad quæ lectorem plenioris earum rerum doctrinæ sitientem remittimus. Nos quæ vel ab illis præterita, vel minus diligenter explicata, & quasi obiter indicata fuerant, quantum necesse visum est, expolvimus, & nonnulla etiam, quantum speramus, accessione nostra cumulavimus. Deinceps ergo in Scaligerianam ipsam methodum inquiramus, & anni Ecclesiastici, Calendariæque castigationem, quam suo iudicio probatam Gregorianæ prætulit, & à Christianis observandam dictatorio illo suo jure præscripsit. Est autem illa multiplex, & varia. Neque enim in opinionibus ac decretis suis constans fuit Scaliger, sed quoties eadem de re de novo cogitare, ac meditari instituit, toties novam aliquam, & à priorè diversam, imo verò plerumque contrariam sententiam, rationemque suscepit. Hoc ex varia eorumdem librorum editione, & eorumdem argumentorum non solum diversis, sed iisdem etiam in libris tractatione manifestum est. idque nos hæcenus & singulis ferè libris ac capitibus probavimus, & in reliquis ferè postea demonstrebimus. Nunc idipsum in ea re, de qua sermo est, palmam ostendemus; Paschalis anni videlicet emendatione.

In qua Liliana opera, diligentiaque minimè contentus, imo verò improbata illa damnataque alteram Calendarii & Paschalis methodi formam ordinationemque descripsit. Tres omnino libri sunt; quibus ea de re quod suum iudicium esset variis temporibus aperuit. Primum in lib. IV. de Emend. cap. de Emend. cycli Paschalis. Tum in Elencho Calendarii Gregoriani; cui Clavii noster Confutatione sua respondit. Tertio in Ifag. Canonibus. Quæ in Elencho disputantur, ea non multum à libri IV. hujus operis πηχῆ, ac ratione differunt, paucis exceptis. In Ifagogicis verò Canonibus, ubi doctrinæ suæ mysteria, & arcana diffusius ac plenius enarravit, longe est ordinatio ipsa dissimilis. Hoc unum habet ubique perpetuum ac constans, ut erroribus, hallucinationibus, absurditatibus omnia permisceat; ac dum aliorum inventa sequi detrectat, & novi à se aliquid asserre cupit, difficillimus nugaturum tricies, & ambagibus lucem omnem veritatis, ac facilitatis eripiat. Quod ut reipsa declararetur, age primum ea consideremus, quæ in libro IV. de Emend. Temp. ab illa tradita in hunc locum ideò distulimus, ne priusquam Gregoriani Calendarii, correctionisque modum à nobis lector accepisset, quæ hujus tractatione posteriora, indeque suspensa sunt, sine ullo fructu, cum magna etiam ordinis perturbatione perciperet.

Duplex à Scaligero lib. IV. de Emend. Temp. cycli Paschalis emendatio proponitur. prima est ejusmodi, ut Juliana anni forma retenta, citra dierum ablationem, Neomenia castigetur; & ad Solis, Lunæque σελήνην Paschalis deinceps annus accommodetur, altera methodus, ut in XXI. Martii æquinoctium obfignetur, aliquot dierum expunctione facta. quem Nicænum annum nominat. Utraque hic à nobis excutienda, ac de priorè primo loco dicendum.

Cycli Paschalis vitium duabus de causis exortum esse supra docuimus: ex Lunæ anticipatione, quam σελήνη πύσιν lunarem vocavit, & æquinoctiorum σελήνησθ. Hæc posterior causa facit, ut post aliquot annos, cycloque lunares, menses quidam rejiculi sint, hoc est Paschales esse desinant, qui Paschales hæcenus fuerant. unde fit εὐβολὴ mensium, qui εὐβόλημοι dicuntur. ac tum videlicet lunaris cyclus, in quo fit εὐβολὴ, syzygias tantum habet CCXXXIV, cum legitimus syzygiarum modus sit, CCXXXV. Cum enim æquinoctium post annos CCXXXIV. uno die prævertat; pro Nisan Adar usurpatur. Esto hoc anno cyclus Lunæ VIII; Neomenia iniens ab V. Aprilis remotissima Paschalis est; quamdiu in XXI. Martii diem æquinoctium confertur. Post annos CCXXXIV. æquinoctium à XXI. Martii ad XX. retrocedet; & post totidem alios, ad XIX. Cycli lunares quatuordecim sunt anni CCLXVI. Sumatur ergo cyclus quartus decimus ab aureo numero VIII. incipiens, hujus Neomenia inibit à V. die Aprilis. Eiusdem ergo mensis ducentessimus tricesimus quintus inchoari debet à VI. Martii. est enim Adar. Verùm quia decima quarta dies ejus incurrit in æquinoctium, id est in XIX. Martii; ideò Paschalis est. Proinde cyclus decimus quintus à VI. Martii procedet; & decimo quarto unam lyzygiam auferet, quoniam Adar illius in Nisan commutatur.

CAPUT XVIII.

De cycli Paschalis emendatione Scaligeriana. Ac primò de eo genere castigandi Calendarii, quod libro IV. de Emend. proposuit; in quo nulla dierum fit exemptio.

QUæ adversus Gregorianum Calendarium à Scaligero sparsum disputata fuerant, satis, opinor, hæcenus resellimus: neque tamen quæ de tam copioso argumento dici poterant, completè omnia studuimus. Hoc enim uberiorem longè tractationem, & ingentium adeò voluminum materiam suppeditat: cujusmodi & à Clavio nostro, & à Guldino Societatis ejusdem crudite Paris I.



DE DOCTRINA TEMPORUM

Unde cyclos xiv. syzygias tantum habebit cccxv. Ex aequinoctiorum itaque...

ro fallit. Aliquando enim epactae etiam per xii, aliquid...

Table with columns: Anni Christi, Epactae, Litere Domini, Novilunium Paschale, Epactae Juliae, Anni Christi, Epactae, Litere Domini, Novilunium Paschale, Epactae Juliae, Anni col-lecti, Dies.

LIBER QUINTUS. CAP. XIX. XX.

Methodus haec est: Anni Christi datis unitas adjugetur. De summa deducendus est numerus proximè minor...

Novilunium commissum est Aprilis 3, fer. 6, 6, 56: anno vero mxcv, eodem cyclo, Martii 30, 1, 111...

CAPUT XIX.

Elencus Scaligeriana methodi, qua Paschalem cyclum servato anno Juliano castigavit.

PRIMA haec Scaligeri castigatio praecipua sui parte defecta est, ac mutila. Nullam quippe methodum proposuit...

CAPUT XX.

Cujusmodi à Scaligero tradita sit anni castigatio; ita ut dierum aliquot expunctione aequinoctio certa sedes constituatur.

QUOD plerique satis esse non crederent ad anni Paschalis emendationem, ut plenilunio proximo post aequinoctium Pascha celebretur...



DE DOCTRINA TEMPORUM;

noctium. verbi gratia G. fit littera Dominicalis in anno Juliano; æquinoctium erit in xx. Martii post Tropi-

Gaudentes donis audebunt esse beati.

Hæc periodus æquinoctium in xxi. Martii Nicæno sæculo, & hoc tempore, in xi. representabit. Hanc igitur amplectitur Scaliger, & in ea duas methodi partes explicat.

Laterculum Periodi Nicænae Gelalææ ineuntis ab anno primo æræ Christianæ.

Table with 4 columns: Year, Day, Letter, and another Letter. Rows include 0 G 264 A 528 B, 28 G 292 A 556 B, 56 G 330 A 584 B, 84 G 348 A 612 B, 112 G 376 A 640 B, 132 D 396 E 648 G, 160 D 424 E 1296 G, 188 D 452 E 1944 G, 216 D 480 E 2592 G, 244 D 508 E 3240 G.

Cum anno cxxxii. in primis iv. periodis minoribus ex bisextili simplex annus fiat, & una tantum littera sumatur; in v. autem periodo anno id accidat cxx. ideo in laterculo periodi quintæ ab eadem ineunt littera.

Gaudet Francus equo, David cane, Balhisar ovro. Exemplum. dato anno Christi xxviii. volo scire litteram Dominicalem. Proximè minor est o, cui apposta est littera G. Itaque primus annus habebit litteram G, quartus DC, viciesimus octavus litteram A.

Superest Epactarum doctrina, quæ vulgò per undecarios progreditur. Verùm ejusmodi epactæ novilunia sæpè vel præcipitant, vel morantur: præsertim in annis bissextilibus. Tum enim si undecim solum addideris, Neomenia tardiores erunt: ideo nonnumquam duodecim, aliàs decem adjungenda sunt.

Secunda tabula est æquationis Epactarum. Nam propter hæc bissextilium dierum anno ferè cxxxii. epactæ descendunt in Calendario; & propter lunarem æquationem, in annis ccciv. vel cccxxii. ascendunt. Ideo versus in Tabula sunt novem. Primus annos Christi collectos continet. Secundus litteras Dominicales, à quibus ineunt Periodi. Tertius indicat quotus sit annus Ædemonovæ æræ, quam proximè antè proposuimus. Quartus continet intervallum cyclorum ab anno Periodi notato in versus tertio ad annum Christi propositum.

Large table titled 'Novilunia Paschalia in annis lxxvi.' with columns for Year, Lit. Nic., Novil. Pasch., Epacta, and other astronomical data. It lists events from year 39 to 76.



**TABULA EQUATIONIS**  
Epactarum

| Anni Christi. | Littera Dominica. | Anni per. ann. 76. | Cycli intervallorum. | Character cyclorum intervalli. | Character noviluniorum Paschali. | Novilunia Paschalia. | Epacta. | Dies exemptiles. |
|---------------|-------------------|--------------------|----------------------|--------------------------------|----------------------------------|----------------------|---------|------------------|
| 1             | G                 | 0                  | 7.10.20              | 1.16.247                       | Mar. 11                          | XX                   | 0       |                  |
| 133           | D                 | 58                 | 4                    | 3.18.220                       | 2. 3.396                         | Mar. 23              | VIII    | 1                |
| 265           | A                 | 38                 | 12                   | 4. 6.660                       | 2.14.445                         | Apr. 3               | XVI     | 1                |
| 397           | E                 | 18                 | 20                   | 4.19. 20                       | 1.12. 781                        | Mar. 16              | XV      | 2                |
| 529           | B                 | 74                 | 24                   | 1.13. 240                      | 1.23. 840                        | Mar. 28              | III     | 3                |
| 649           | G                 | 42                 | 32                   | 2. 1.680                       | 5. 9.442                         | Mar. 22              | IX      | 3                |
| 781           | D                 | 22                 | 40                   | 2.14. 40                       | 5.20.491                         | Apr. 3               | XXVI    | 4                |
| 913           | A                 | 2                  | 48                   | 3. 2.480                       | 4.18. 727                        | Mar. 16              | XV      | 5                |
| 1045          | E                 | 58                 | 52                   | 6.20. 700                      | 3.23. 540                        | Mar. 26              | V       | 5                |
| 1177          | B                 | 38                 | 60                   | 7. 9. 60                       | 5.16.925                         | Apr. 7               | XXII    | 5                |
| 1297          | G                 | 6                  | 68                   | 7.21. 500                      | 2. 2.537                         | Apr. 2               | XXVII   | 6                |
| 1429          | D                 | 62                 | 72                   | 4.15. 720                      | 1. 0.873                         | Mar. 15              | XVI     | 7                |
| 1561          | A                 | 42                 | 80                   | 5. 4. 80                       | 1.11.922                         | Mar. 26              | V       | 7                |
| 1693          | E                 | 22                 | 88                   | 5.16. 520                      | 1.22. 971                        | Apr. 7               | XXII    | 8                |
| 1825          | B                 | 2                  | 96                   | 6. 4.960                       | 7.21.127                         | Mar. 20              | XI      | 9                |
| 1945          | G                 | 46                 | 100                  | 2.23.100                       | 5.19.632                         | Apr. 13              | XVI     | 9                |
| 2077          | D                 | 26                 | 108                  | 3.11. 540                      | 4.17.968                         | Mar. 25              | VI      | 9                |
| 2209          | A                 | 6                  | 116                  | 3.23.980                       | 5. 4.1017                        | Apr. 6               | XXIII   | 10               |
| 2341          | E                 | 62                 | 120                  | 7.16.120                       | 4. 1.273                         | Mar. 19              | VII     | 11               |
| 2473          | B                 | 42                 | 128                  | 1. 4.560                       | 4.12.322                         | Mar. 30              | I       | 11               |
| 2593          | G                 | 10                 | 136                  | 1.16.1000                      | 7.21.1014                        | Mar. 25              | VI      | 12               |
| 2725          | D                 | 66                 | 140                  | 5.13.140                       | 1.10.1063                        | Apr. 5               | XXIV    | 12               |
| 2857          | A                 | 46                 | 148                  | 6. 1.580                       | 1.22. 32                         | Apr. 17              | XII     | 13               |
| 2989          | E                 | 26                 | 156                  | 6.13.1020                      | 2.10.452                         | Mar. 31              | 0.XXIX  | 14               |
| 3121          | B                 | 6                  | 164                  | 7. 2.380                       | 1. 7.417                         | Apr. 10              | XIX     | 14               |
| 3241          | G                 | 50                 | 168                  | 3.20.600                       | 4.17. 29                         | Apr. 4               | XXV     | 14               |

Methodi, ac Tabularum usus hic erit. Esto annus MDXXIII, cujus Neomenia Paschalis queritur. Est hic septimus cycli tertii solaris Niceni in periodo tertia minore Galaxa; cujus littera jam inventa est A. Addita unitate, detrahe annos LXXVI, quoad potes: superest annus XXVII. Periodi, quem in priore Tabula requirere. Novilunium convenit XXIV. Martii; epacta VII. Annus proximè minor in Tabula æquationis est 1561. Dies exemptiles 7: quibus de epacta 7. anni XXVII. subductis, restat epacta XXIX. anni MDXXIII. Quando enim epacta, unde faciendâ subtractio est, minor est ea, quæ subtrahitur, aut æqualis, in Martio XXIX. addenda sunt, ut fiat deductio. Siquidem à die Martii XXXI, & deinceps mensis lunaris est dierum XXIX, incipiens ab epacta 0, 29, non ab 0 puro. Proinde novilunium erit in XXXI. Martii. Character potèr Neomeniæ Judaicus ita formandus est: de annis Christi propositis unitate auctis, detrahe quantum potes LXXVI, si quid restat, is erit annus periodi currens; cujus characterem require in Tabula noviluniorum Paschali capite superiori descripta. Tum cyclorum, qui in quotiente divisionis continentur, characterem adde. Exem-

pli causâ ad annos Christi 1623. adde I, & 1624 partire per 76, restant 28, in quotiente verò continentur vicies semel anni 76, qui sunt cycli 84; quorum characterem, 1, 22, 300, adde ad characterem anni 28, qui est 4, 12, 813, habebis characterem anni MDXXIII, qui est 6, 11, 33, Martii XXXI, feria VI, littera A. Quod si annus datus ultimus sit periodi LXXVI. annorum; ita ut divisio nihil residui faciat: tunc quotientem unitate minus, & residui characterem adde ad characterem anni LXXVI. Periodi. Exemplum: quaratur character novilunii anni MXXCV. addita unitate, si 1596. per 76. divides, quotiens dabit 21, neque quicquam de divisione supererit. Sumo itaque 20, qui sunt cycli 80, quorum characterem 5, 4, 80. cum 3, 16, 979. characterem anni LXXVI. conjungo. fiet character Iiar anni MDXIV, 1, 20, 1059: quoniam anni LXXVI. Paschalis mensis fuit Iiar. Ut ergo Nisan habeatur, deducto characterè mensis unius, consuet character Nisan anni ejusdem 7, 8, 266.

CAPUT XXI.

Elenchus superioris methodi Scaligeriana.

PRINCIPIO non mediocri in anni castigatione levitas hominis, & inconstantia est; qui cum hoc in loco Alphonsinum anni modum, tamquam ad cycli Paschalis emendationem, & æquinoctialis ordinationem minus aptum rejecerit, ac Galaxæ posthabuerit; in Sagogicis Canonibus libro III. cap. IV, Galaxam anni quantitatem, ejusque Periodum annorum DCXLVIII. respuit, aque ad id negotii magis utilem esse judicat Alphonsinam, cum ejus Tetracoseteride: quod nos ipsi quoque superiore libro capite de anni Tropici modo, via, & methodo demonstravimus. Argumentum verò, quo Alphonsini usum anni Scaliger elevat, & ad hypothesin probat minus congruere, eo quod si anno cccxxv. æquinoctium statuatur in XXI. Martii, idem in anno MDXCVI. deprehendatur in XII, non in XI. mensis ejusdem: hoc, inquam, argumentum nugatorium esse, merumque paralogismum, ostendimus. Quippe decem dierum æquinoctium non eo præcisè intervallo confecta est, quod inter cccxxv. annum Christi, & correctionis tempus intercedit: utputà MDXCVI. annum. Inter ambos enim discrimen est annorum MCLXXI; quibus æquinoctium competit dierum circiter 9; sed paulò altius repetenda est intervalli justa ac legitimi epocha propterea quod æquinoctium circa Niceni concilii tempus minimam XXI. diei Martii partem occupabat: unde ut penitus in alterum migraret diem, paucioribus annis opus fuit, quam qui justam ad unius diei præteritionem aliàs requiruntur. quæ res accuratius illo loco declarata est. Hic autem manifestè Scaligerianæ fucus argumentationis apparet; qui cum periodum Tropicum, quâ ad anni correctionem utitur, ab initio æræ Christianæ deducat: tamen ut Alphonsinam Tetracoseteridem minorem justo anticipationem efficere probet, hujus exordium non à capite annorum Christi, sed ab ipso anno Niceni concilii sumpsit. Atqui si ab anno primo Christi Periodum illam inchoemus; duodecim, ad correctionem usque, dierum præteritionem; à Nicæno verò sæculo, decem reperiemus. Siquidem anni MDXCVI. Tetracoseterides habent absolutas quatuor, minus annis quatuor; quibus duodecim dierum anticipatio tribuitur. At hypothesi Scaligeriana verum æquinoctium confert in XXXIII. Martii, anno primo Christi; à quo ad MDXCVI, duodecim dies anticipando, pervenit ad XI. Martii; ut methodus exigit. Sed illud ante oculos ponendum, quod modò dixi; æquinoctium majorem jam diei XXI. Martii partem obisse Nicæno tempore; imò totum ferè percurrisse. indeque minore intervallo ad vicissimum transitum omnino fecisse.

Quod ad Dominicales litteras, & solarem cyclum spectat, non minus in Tetracoseteride feriæ respondere possunt, quam in Galaxæ Periodo. ut ex illius descriptione planum est, quam supra reddidimus; ubi pluribus ea res explicatur. Nunc epactarum, & peræquationis methodum inspiciamus.

Epactarum duplex potest esse modus. Aut enim per undenarii numeri collectionem, æquabilis est progressus: aut ad novilunia media, hoc est, ut Scaligero visum est, Judaica castigantur. Epactas æquabiles idem improbat; eo quod novilunia nunc morantur, nunc vero præcipitant. Et tamen, inquit, potest quadam earum methodus dari, quæ non omnino supra vulgi captum sit. Primum igitur institienda Periodus annorum LXXVI, quia in totidem annis epacta redeunt in orbem, cum bissextilis intervenerit earum ordinarius progressus interturbetur. Hoc enim de veris, & ad novilunia media castigatis usurpari non potest. Annus Christi LXXIX. unitate addita, detractisque LXXVI, relinquit annum quartum periodi, atque ita respondet anno IV. Tabulæ Noviluniorum Paschali, quam supra probavimus. Annus iste in Tabula quartus, Christi verò tertius, novilunium habet 4, 22, 732, feria 5. Epacta est IX, Martii XXII, littera Dominicalis G. At anno Christi LXXIX, Periodi quarto, character Neomeniæ est, 1, 16, 952, feria prima, littera Dominicalis C. Unde contigit XXI. Martii, epacta X, non IX. Epactæ itaque post LXXVI. annos in orbem non redeunt. Ita anno Christi XXVII. character novilunii Paschalis erat 1, 21, 609. Fuit enim is annus XXXIX. Periodi: epacta XVI. in XV. Martii: littera Dominicalis D C. Addito characterè cyclorum IV, sive periodi unius, qui est 3, 18, 220, formabitur character

paræ, illud observari volumus; in annis permultis Neomenias Scaligerianas ex eadem ipsa methodo, quæ castigatis epactis tantum tribuit; à Judaicis, mediisque motibus uno die deficere. Exemplum. Queratur Neomenia anni Christi cclxxvi. addita unitate, ut methodus præcipit, abjectisque omnibus LXXVI, restant XXXIX. In Tabula priore de duabus superiori capite descriptis, Neomenia anni XXXIX in Periodo, heret in XXII. Martii in anno Nicæno. epacta est IX. Rursus in Tabula æquationis epactarum, numerus proximè minor est cclxxv, ad quem exemptilis dies unus tantum adnotatur, qui de IX. deductus, relinquit epactam anni cclxxvi, nempe VIII. in XXXIII. Martii, feriâ VI. Nam ex Tabella periodi Nicæne Galaxæ proximè minor numerus cclxxiv. deductus de cclxxvi, relinquit duo. Est igitur secundus annus cycli solaris, qui cœpit ab A. Itaque anno secundo littera erit G. Videamus utrum hoc cum novilunio Judaico congruat. Character novilunii Paschalis Judaicus ex Tabula noviluniorum Paschali capitis I, in anno XXXIX, est 2, 16, 661. Ab hoc anno ad cclxxvi, intervallum est cyclorum XII, quorum character est 4, 6, 660, qui cum superiore compositus, dabit feriam Nisan Paschalisve mensis anni cclxxvi, 6, 23, 241, feria VII, Martii XXIV. Atqui ex Epacta Scaligeri, quæ est VIII, cadit in XXXIII. Uno itaque die Neomenia novilunium antevertit, & est *hæc v. v. s. a.* Ideo terminus in V. Aprilis incidens biduo plenilunium præcedit, quod in VII. Aprilis competit. Idem & in annis aliis evenit: ut anno Christi DCI. Deductis enim omnibus LXXVI, additæque unitate, restat annus XLIII. Hic in tabula noviluniorum Paschali dat Neomeniam in VIII. Martii, cum epacta XXXIII. Proximè minor annus in Tabula æquationis 649. dies habet *isæpæstus* tres; qui detrahuntur de XXXIII, ut epacta anni DCXLIX. fit XX, Martii XI, feriâ II. Nam littera est F. At character Judaicus est 2, 18, 238, feria tertia, Martii XII, epacta XIX. Uno itaque die Neomeniam Judaicam Scaligeriana prævertit. Tertium accedat exemplum anni correctioni propinquioris. Querendum est novilunium Paschale anni MDXCVIII. addenda primùm unitas: tum 1599. per 76. divisa relinquant tria, suntque in quotiente 21. Est igitur tertius annus Periodi, qui in Tabula priore ex duabus capitis superioris habet epactam I. in XXX. Martii. Numerus proximè minor in Tabula posteriore, 1561. habet dies exemptiles septem, qui de XXX. & I, id est 30, detracti, dant epactam anni MDXCVIII, scilicet XXXIII, in Aprilis VI, vel potiùs VIII. Martii. Atqui hæc ipsa Neomenia novilunium Paschale uno die præcedit. Hujus enim character ex characterè anni tertii, qui est 7, 13, 936, in Tabula noviluniorum Paschali, & characterè annorum 84, qui est 1, 22, 300, conflatus est 2, 12, 156, feria II, Martii IX, epacta XXII. Est enim littera Dominicalis D. Sic igitur adversus hypothesim, & principia sua Scaligeri doctrina procedit, neque castigatis illis epactis hoc assequitur, ut noviluniis mediis, ac Judaicis accuratius Neomeniæ consentiant; cujus obtinendæ rei gratia æquabiles epactas rejecerat. Hujus rei causa ista videtur esse, quod in castigandis Neomeniis ad eas solas respectum habuit, quæ periodos Tropicas minores, majorisque Galaxæ partes inchoant; quas ad Judaicos characteres exegit: reliquarum curam per imprudentiam minimè gessit.



mensis Paschalis in anno Christi CIV, 5, 15, 829, cyclo Solis I, littera G.F. unde feria v. Martii xiv. novilunium incidit, epacta xv: & Neomenia Scaligeriana uno die Judaica tardior est. Sic anno Periodi xli, qui est Christi ix, character Neomeniae fuit 5, 22, 1046: epacta xxviii, Aprilis I. Anno vero cxvi, eodem Luna cyclo, & post unam evolutam Periodum, epacta fuit xxix, in xxxi. Martii. Character enim Paschalis mensis erat 2, 17, 186, feria II, cyclo Solis viiii, littera F.E.

Ad haec tota ipsa methodus seipsam convertit. Est enim ista Scaligeri ratio; post annos cxxxii. fieri æquinocetialem unius diei; ac proinde unum diem eximendum esse, quo fit ut epactæ in consequentia mutentur uno die detractio. Ut si anno primo novilunium hæretur in xxii. Martii: post annos cxxxii, eodem cyclo redeunte, descendet in xxiii. Martii; & epacta ix. in viii. mutabitur. Item post annos cclxiv. circiter æquinocetialem unius diei fit in anno Tropico: quare novilunium eodem in cyclo ad xxiv. Martii pervenire debet. At quoniam post annos ccciv, vel, ut alibi Scaliger censet, post annos cccxiii, uno die novilunia avertuntur: ideo post annum Christi ccciv, vel cccxiii, eodem redeunte cyclo lunari, novilunium a xxiv. Martii ad xxiii. regreditur, & unius diei compensatio fit. Rursus anno cccxvi. alia æquinocetia incurrunt, & epactæ uno die descendunt, ac novilunium ad xxv. Martii revolvitur; atque ita demum alternis epactæ post annos cxxxii, semel vero cxx, in Galatæa Periodo descendunt, ascenduntque: sed ea ratione, ut plures sibi dies epactarum descensus, quam ascensus vendicat. His animadversis aio minime sibi consentaneam esse methodum illam æquationis epactarum. Anno quippe cxxxii. unus dies eximitur, & anno verbi grati Periodi lviii, pro epacta ix. sumitur viii. Post annos alios cxxxii. evolutos, eodem cyclo lunari, verbi grati, anno Christi cccxxvi, epactæ sunt ix. atque x esse debebant. Neque enim lunaris ulla æquinocetia adhuc intervenit, quæ epactarum descensum prohibeat. Ita ab anno I. Christi ad cxxxii. uno die descendunt epactæ; ab anno vero cxxxiii. ad ccc, non amplius quam uno die. Quare est ista methodi ratio? Quare ita scilicet post annos cxxxii. epactas uno die in consequentia progredi, neque legem istam constantem observat? An id ob noviluniorum mediorum characteres fieri causabitur: ut, verbi causa, anno cclxx, cum biduum æquinocetia esse deberit, unus tantummodo dies eximatur, quod character anni illius sit feria 2, 14, 445, proindeque in Aprilis III. consistat, epacta xxvi, non, ut methodus exigebat, xxv? Atqui si propter ferias epactarum æquatio, & mensuratio interruptitur, frustra Periodum illam Galatæam nobis obtrudit; in qua post annos cxxxii. unus dies eximendus est. Satis erat cavere, ut ex Neomeniæ characterè epacta colligatur: neque certis annorum orbibus dierum expunctiones includere. Deinde cur non idem & in aliis annis usurpat? Videmus enim sæpenumerò Neomenias Paschales, quas methodus exhibet, uno die novilunia media, eorumque characteres antevertere, uti supra aliquot exemplis ostendimus, & ostendi pluribus posset, si id necesse foret. Cum igitur iis ipsis annis nulla ex characterè Neomeniæ, methodi ordinisque perturbatio nata sit, neque mutata fuerint epactæ; non debuit in annis aliis, a quibus Periodi minores inchoantur, ob eandem causam a methodo sua, regulisque desistere. Par enim utrobique ratio est; neque causa quicquam afferri potest, cur in anno verbi causa cclxx, quando epacta uno iterum die descendere erant, & in xxvi. locum successura xxv, maneat xxvi; quod ita Judaica Neomeniæ character postulet: & in anno sequente, cclxxi, cum Neomeniæ character in feriam vii. incurrens epactam vii, quæ est xxiv. Martii, requirat, in xxiii. Martii retineatur, & epactam habeat viii. Nam si post annos cclxiv, qui biduum eximere deberent, ob id unus tantum dies exemptilis anno cclxv. tribuitur, quoniam character hujus anni veteri in epacta consistit; quandoquidem sequens annus mutationem epactæ postulat, biduum æquinocetia adscribi oportuit; non unus tantummodo dies imputari. Quocirca æquinocetia & imposita est emendatio illa Scaligeri, contraque principia sua, ac regulas nititur. Uno verbo: aut ad Neomeniarum characteres ubique castiganda sunt epactæ, aut ubique post unius diei æquinocetialem antegressionem, nisi

lunaris æquinocetia obstat, uno die summovenda. Si ad noviluniorum characteres, tamquam ad Lydium lapidem, exigenda sunt epactæ; id in annis illis, quos enumeravimus factum oportuit: & ineptum est Periodos illas minores ad dierum exemptionem praefigere. Sin characterum habenda ratio non est, potius quam æquinocetia mensuratio, temporisque, quo ex unius anticipatione diei epactæ descendunt; id in annis illis initialibus minorum Periodorum servandum fuit; in quibus ob Neomeniarum characterem contra methodum videmus esse commissum.

CAPUT XXII.

Proponitur emendationis methodus, quam in Elencho anni Gregoriani Scaliger exposuit.

CONTRA Gregorianam anni Niceni castigationem Elenchum Scaliger edidit, una cum Hippolyti Canonis Paschali, & Excerptis Isacii Argyri, quem plene, eruditèque Clavius noster singulari libro confutavit. Quamobrem minime necessariam operam collocare videatur, qui ea retrahere velit, quæ partim adversus Gregorianam methodum objecta; partim ad suam novamque stabilendam a Scaligero sunt in Elencho illo tradita. Verum quod ad hujus errores castigandos, & Gregorianum Kalendarium propugnandum nonnulla labore nostro fieri possent accessio. (Multa quippe vel a Clavio nostro prætermissa, vel minus expressa, enucleatæque dici uberius, perpolitique possunt) ideo nos quanta licuit brevitate, ac facilitate summam ut eadem tractarentur, in animum induximus. Ac primum quidem omnia illa ferè, quæ ad Gregorianum typum oppugnandum disputavit Scaliger, superioribus capitibus explicata resellimus. Superest pars altera, in qua quid ipse de Kalendarii emendatione sentiret, exposuit, ac methodum suam Gregorianam, ut videri voluit, meliorem commodiorèque descripsit. Ea nos strictim, & quasi compendio persequi, ac subinde confutare decrevimus; ut ad ea properemus, quæ in Isagogicis Canonibus postremo commentatus est.

Postquam igitur Liliam Kalendarii rationem, ejusque de Solari cyclo, ac Tetracoseteride; tum de lunariis epactis, & æquationibus doctrinam patefecit, ac resellere studuit; ita ordinandum esse Kalendarium existimat, Bilextilium imprimis dierum expunctionem non in centesimo quoque facere anno jubet; sed bis post annos cxxxii, semel post cxxxvi. in Tetracoseteride Liliam; ut in Julianos bissextilis æquinocetia incurrat. Quoniam verò in annis cccc. non præcisa sit anticipatio tri-dui; sed desunt scrupula 24: (Siquidem differentia anni Tropici & Juliani est hor. 0, 10', 44'', 24'''), eo fit, ut in annis 2000. horæ duæ colligantur; in annis verò 24000. dies integer. Propterea, relicta Tetracoseteride, bissextilis post annos alternis cxxxii, & cxxxvi. perpetuò detrahit; ita ut in annis cclxxviii. biduum eximatur.

Epactarum methodus Judaicis potissimum Neomeniis, & characteribus innititur. Nam æquales, quæ per Iudenarii incrementa progrediuntur, respicit, & modò x, modò xi, alias xii. adjicit, ut ad medios Lunæ motus Neomeniæ Paschales accedant. Tabulam ergo proponit unius cycli decemnovennalis ab anno Christi mdxxvii, aureo numero I, ad mdxxv; ubi & characteres Neomeniarum Judaicarum, & Lilianos menses, cum epactis adscribit. Subjicit alteram æquationis Tabulam, quæ Tetracoseteride continetur: in qua quidem ab anno mdcxi. progressio fit per incrementum annorum bis cxxxii, ac semel cxxxvi: & singulorum annorum, quibus Tropici illi circuitus inchoantur, characteres Judaici ponuntur, qui ex characterè anni cujlibet cyclo simili affecti in priorè Tabula, & characterè cyclo-rum, qui inter utrumque terminum intercedunt, conjunctis efficiunt. Adjuncti sunt & dies Julianorum mensium, ac Tropico-rum, cum epactis anni tropici, & Epactis aurei numeri I, in unaquaque Tropica Periodo minore, quæ pars est Tetracoseteridis tertia. His duabus Tabulis tertiam subdit; in qua non jam Tetracoseteride bissextorum expunctio circumscriptur, sed alternis annorum cxxxii, & cxxxvi. intervallis: donec quaterdecies hoc factò cyclus Solis in orbem redeat: qui sunt anni 1876. Sed Tabulas ipsas, & earum usum præstat oculis subjicere.

I. TABULA CYCLI UNIUS decemnovennalis cum characteribus Neomeniarum.

Table with 6 columns: Linea cycli, Anni Christi, Littera D. Lit., Neomenia Judaica, Menses Liliani, Epactæ Neomeniarum. Rows include ADAR I-IV, ADAR XI, ADAR XII, ADAR XIII, ADAR XIV, ADAR XV, ADAR XVI, ADAR XVII, ADAR XVIII, ADAR XIX.

Ufus Tabulæ hic est. Anno exempli grati mdxxvii, cyclus erat Luna I, littera Dominicalis Liliana B, character Neomeniæ Paschalis feria III. Ergo in littera D, adeoque in xxix. Martii, cui convenit epacta II. Porro in cyclo III; & xi. Adar pro Nisan sumptus est; eo quod propter æquinocetiorum æquinocetiam, Adar Paschalis mensis est factus, & Nisan ἐπιβήτωρ, ac reji-

culus; ut antea declaratum est. Nam in cyclis xix, & viii. Neomeniæ Martii uti Christianorum Adarim sunt; ita pro Nisanin à Judæis habentur; unde nulla fit substitutio. Sequitur æquationis epactarum Tabula prior in Tetracoseteride castigata, ubi anni per cxxxii. bis, & semel cxxxvi. colliguntur in unaquaque Tetra-